Quelle: http://manuscripta.at/?ID=25874
Copyright: Admont, Benediktinerstift

nam. & finem illa sine honore. Ecce quo
modo computati sunt inter filios dei. &
inter sanctos sors illorum est. Gabaon collis
dicitur: p quam temperantia exprimitur.
p quam omnis uirtutum structura
dis dicretionis linea dirigitur: & excol
itur. Ciuitates duodecim describuntur.
quia octo beatitudines. & quatuor principa
les uirtutes. inexpugnabiles munitiones
fidelibus efficiuntur. Ville earum. sunt re
liquie cogitationum. uerbaq. & operum.
de principali germine pdeuntium. Seqt.

Gabaon. & Rama. & Beroth. & Mesphe.
capharam. & ammosam. & Rekem. Iarathel.
& Caralam. & Selam. Ieleph. & Iebus. que est
Ierlm. Gabaath. & Cariath. ciuitates quatu
ordecim. & ville earum. Hec est possessio
filiorum benyamin iuxta familias suas.

Gabaon collis meroris dicitur: p qm
spiritus timoris exprimitur. p que homo
ad salubrem tristiciam astringitur. Rama
excelsa interpratur: p qua spe pietatis de
signatur. que ad omnia utilis esse ab apl'o
pnuntiatur. Corporalis inquit exercitatio
ad modicum utilis est. pietas autem ad om
nia utilis est. De qua item dicit. Est au
tem questus magnus pietas cum sufficien
tia. Beroth puteus dicitur: p qua spe sci
entie exprimitur. p que scripture sacre pu
teus expanditur. Masphe specula dicit.
p qua spe fortitudinis exprimitur. p que
acies cordis ad uidendu dm purgata
dirigitur. Capharam expiatio interpratur.
p qua spe consilii designatur. quo in con
fessione omnis uite pollutio expiatur.
Ammosa mater spei dicitur: p quam spe
intelligentie exprimitur. in quo spes bu
miliu in psenti enutritur. Qui enim
intelligunt. quibus malis in psenti
afficiuntur. p patientiam spei ar
denter expectant bona. quib eter
naliter in futuro reficiantur. Si autem
inquit apls. qd non uidemus speramus.
p patientiam expectamus. Rekem uaria
tas. siue euacuatio interpratur. p
quam spe sapientie designatur. qua
uarietas ecclesie exornatur. qua illud
qd nunc ex parte uidetur: pfecto quan
doq; uenente euacuabitur. Iarathel
robor dei dicitur: p quam fides exprimitur.
in qua diuinae uirtutis robur omne
constituitur. Caralam uidistis signum in
terpratur: p qua spes designatur. quae
quia signum salutis in celestibus contem
platur. ad toleranda huius uite pericu
la amore celestium p patientiam susten
tatur. Selam umbra eius dicitur: p qua
caritas exprimitur. qua ipsum deum
IOHANNES esse pretestatur. Deus in
quit caritas est. & qui manet in caritate.
in deo manet. & deus in eo. Sela etiam
semper interpratur. quia caritatem
numquam excidere PAVLVS pretestatur.
Siue inquit pphetie euacuabuntur: siue
linguae cessabunt. siue scientia destruetur.
caritas autem numquam excidet. Ieleph
doctrina interpratur. p qua pru
dentia designatur. qua omnis
doctrina uerbatus informatur.
Iebus quae est Ierlm. uisio pacis interpratur.
p qua iustitia designatur. quae in eine
pacis uisione consummatur. & confirmatur.
sicut IEREMIAS pphetam pretestatur.
Ecce dies inquit uenient dicit dns. & sus